



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 93. Ritus Sinenses novo Congregationis decreto prohibiti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sæc. XVII. pridii, id est, Ludovici Antonii Ma-  
A. C. 1674 ratorii, occasione cujus anno Christi  
millesimo septingentesimo quadragesimo Salisburgi inter Benedictinos &  
quosdam Jureconsultos ingens exarit  
dissidium. Ceterum ut eluceat, quod  
S. Congregatio jure hæc monita pro-  
scripsit, & aliqua corrigi voluerint,  
quin tamen superstitiones, quæ ibidem  
carpuntur, approbare intenderit, hinc  
non modo hæc monita, sed etiam du-  
cense scriptum illis oppositum ad frontem  
hujus tomī ad Verbum apponemus.

## §. XCIII.

*Ritus Sinenses novo Congregationis  
decreto prohibiti.*

*Decret. &* Postquam P. Martinus Martinius Je-  
*propoſ. qua-* suita cum Alexandri VII. decreto  
*lif. Rom.* circa ritus Sinenses die vigesima terza  
*P. Navarr.* Martii anno hujus saeculi quinquagesimo  
*Echard.* sexto Roma Macaoum reveritus  
*Script. Ord.* erat, non modo Patribus Dominicaniis,  
*Præd. t. 2.* sed etiam PP. Joanni Adamo, Antonio  
*Vid. ſupra* de Govea, Ignatio de Costa, & Ema-  
*l. 202. §. 32.* nueli Georgio hoc decretum utpote  
*p. 500. &* priori oppositum displicuit; suspicte  
*lib. 203.* bantur enim, dubia & quæſita a pre-  
*§. 118.* fato Patre Martinio non integra fide  
*p. 384. &* fuisse proposita; quapropter ex illis  
*pag. 18.* magis ingenui decreverant, quod quam-  
vis

vis Clemens IX. utrumque decretum Sæc. XVII.  
pro diversa facti & circumstantiarum expositione vim suam habere declaras-  
set, ad majorem tamen securitatem in re tanti momenti necessarium foret ex Missionariis quempiam rursus Romam ablegare, qui sacræ Congregati-  
on hæc dubia juxta rei veritatem proponeret. Sors ceciderat in P. Do-  
minicum Ferdinandum Navarete Do-  
minicatum: ast eo tempore ob quas-  
dam dissensiones inter Sinenses & Lü-  
sitanos exertas cuncti Missionarii edicto  
regio in urbe Cantonensi detinebantur,  
postea tamen eo usque cis libertas con-  
cessa, ut quidem ad interiora Regni,  
atque ad suas Ecclesias redire prohi-  
berentur, extra Sinas tamen abeundi  
quo vellent, cis integrum esset. Hac  
ergo opportunitate Dominicanus uten-  
dum ratus, consilium suum præfatis  
Jesuitis aperuit, iterque suum Romam  
versus exeunte anno hujus sæculi sexagimo nono aggressus est. Tertio post  
anno Mensis Martio tandem Madritum  
delatus, sexta Januarii Romam adve-  
nit, ubi summo Pontifici & sacræ Con-  
gregati de Propaganda fide, quo  
statu res Sinicæ essent, tanta animi in-  
genuitate & rationum robore exposuit,  
ut auditis Laurentii Brancati de Lau-  
rea & Cajetani Mirabelli aliorumque  
respon-

A.C. 1674.

Sæc. XVII. responsis ad ejus dubia Pontifex novo  
A. C. 1674. decreto Ritus Sinenses hoc anno pro-  
hiberet: Hanc in rem eodem tempore  
vulgabatur scriptum, cui titulus: *Di-  
bia proposita a P. Dominico Ferdinando  
Navarrete Anno MDCLXXIV. proposta  
sacrae Congregationi generali S. Romanae  
& Universalis Inquisitionis transmissa Fra-  
tri Laurentio Brancato postea Cardinali  
de Laurea, & Cajetano Mirabello Clerico  
Regulari cum horum responsis.*

§. XCIV,  
*Quædam summi Pontificis Confi-  
tiones.*

*Bull. magn. Inter alias Constitutiones hoc anno e-  
Clem. X. manatas Clemens X. die decima  
Bull. Carmel. tertia Martii declaravit, quod Carmel.  
tom. 3. litæ Excalceati cum licentia sui Supe-  
rioris in quocunque loco etiam extra  
Diæceses, ubi eorum Conventus con-  
sistunt, mendicare valeant, & Pontifex  
plurimum desideret, ne eos Ordina-  
rius, vel Ordinarii aut Franciscani  
præsertim de Observantia, eos impe-  
diant: Præcepit etiam Pontifex om-  
nibus Episcopis & Regularibus, ut  
ordinationes S. Congregationis de Pro-  
paganda fide observent. Exemit quo-  
que Episcopos & Vicarios Apostolicos  
in Sinis & Indiis ab omni Jurisdictione  
Ordinarii.*